

CONCILIVM PROVIN. COLONIE.

Proinde si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed se ducens cor suum, huius vana est religio. Hæc ille.

Pœna aduersus contentiosos pertinaces. Cap. XVII.

Ex Concil. Agath. c. 31 **A** Gathensi Concilio constitutum est, ut quicunque odio aut longin-
tus arguantur. Qui si iniurias deponere pernicioſa intentione noluerint,
de ecclesiæ cœtu iustissima excommunicatione pellantur. Decanus ergo.
vbi viderit intercedere inter fratres dissentionis materiam, quæ fraternal
dirimat charitatem, huius canonis authoritate vtatur, ac pro pace lartienda
conferuandacę, Capituli sui consilium atque auxilium imploret, q[uod] inuicem
libenter præstabunt, cuiuscunque odio vel amore longe postposito.

Quo tempore Capitulorum quotidianorum conuen-
tus obseruandi. Cap. XVIII.

Q Votidiani Capitulorum conuentus, aut maturius sub summam mis-
sam aut statim post illam seruandi sunt, Ne ob illos diuinum offici-
um vel suspendatur, vel præcipitur, vel denique ab ipsis Canonicis ne-
gligatur. Debet enim dei cauila omnibus alijs anteponi.

Volumina statutorum reuidenda. Cap. XIX.

c. 1. de iure in vi. **H** Abent fere quotquot sunt cathedrales ac collegiatæ ecclesiæ suum vo-
lumen peculiarium statutorum, quæ interdum pro affectu priuato
cuiuslibet augmentur ac crescunt. Inter hæc reperias quamplura, quæ qua-
stum magis quam pietate resipiant, & ad inæqualitatē potius, quam æqua-
litatem faciant, vnde discordia inter fratres (vti fieri solet) frequenter alitur,
concordia vero scinditur, laceraturcę. Et quantumuis pleraque inter hæc
iniqua reperias, adiguntur tamen omnes qui recens admittuntur, vt ad
eiusmodi statutorum obseruationem (etiam penitus ignari, quid contine-
ant illa citra nullum delectum) iurecurando sele alligant, quum tamen iuris
mentum non debeat esse iniuritatis vinculum, nec ad ignorata extendi.
Operæ pretium itaque nobis videtur, huiuscmodi statutorum volumina
inter visitandum excutere, & quæ euangelicæ puritati, atque fraternali cha-
ritati, denique disciplinæ ecclesiasticæ minus consentanea reperta
fuerint, resecare, cauerecę, ne posthac villa noua statuta in
eiusmodi ecclesijs (nisi tamen noster accesserit
calculus) ædantur.

In Capitulis a iuramentorum facilis exactione tem-
perandum. Cap. XX.

Et cū